

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1560

Autre(s) référence(s) : Fauroux 116 / Tabuteau 194

Auteur(s) : Hugues d'Ivry, Bayeux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Rouen, Saint-Amand (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [...1042-1049...]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard souscrit la charte par laquelle Hugues, évêque de Bayeux, frère de l'abbesse Emma, concède à Saint-Amand de Rouen, pour l'entretien des moniales, la terre de Boos avec ses dépendances, c'est-à-dire, l'église, Bouquelon, la terre de Celloville, la terre de Torratoribus, la tenure de Roger Malpaisnace, et la tenure de Gosselin Belatita.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cisterciensium Carthusianorum..., de canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. VI, 2e part., p. 1101.
- b. Le Cacheux Marie-Josèphe, *Histoire de l'Abbaye Saint-Amand de Rouen*, des origines à la fin du XVIe siècle, Caen, Société d'impression de Basse-Normandie (BSAN ; 44), 1937, n° 3, p. 247.
- c. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°116, p. 278-279.

Dissertation critique

1042 env. - 1049. Cet acte est compris entre la première dotation importante de Saint-Amand par Gosselin et Emmeline (dotation qui remonte à 1042 env.) et la fin de l'épiscopat d'Hugues, évêque de Bayeux en 1049 (FAUROUX, p. 279).

Texte établi d'après c

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Pax omnibus ista lecturis presentibus et futuris. Omne quod est aut Deus aut creatura est, sed creatoris dignitas omnem sensum excedens et intelligentiam sempiternæ beata in sua permanet magnificentia, creaturæ vero modus trifarium subdivisus ad hoc nitens dirigitur, ut nutui non refregetur Creatoris et legibus, quibus qui diligenterius obsecundaverit lucis inaccessibilis rimator vicinus merebitur adscisci. Quod ego Hugo, Baiocassinæ urbis Dei gratia episcopus, sollicite perpendens et inhianti animo concupiscens ut in civitate Domini virtutum in monte sancto ejus merear fieri gloriosæ sanctorum consors, divinae voci qua dicitur : « Verumtamen date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis », humiliter obtemperans hereditatis terrena, ipsum nostri honoris largytorem fieri ratum duco consortem, proinde terram quam vulgo dicunt Bothas cum appenditiis suis, videlicet ecclesiam et Bothæ Buculum et terram de Serlosvilla et

terram de Torratoribus et terram Rogerii Malpaisnace et terram Goscelini Belatita, Christo et sanctæ ejus Genitrici atque sancto Amando ob salutem animæ meæ largyor, in loco urbis Rotomagensi de nomine ejusdem Sancti Amandi nuncupato, ad victimum ancilarum Dei ibidem congregatarum quibus preest abbatissa Emma et spiritu et carne soror mea, quam largitionem litteris ad futurorum notitiam mandare decrevimus et nostræ auctoritatis signo contra perfidorum violentias roborare statuimus, ubi et anathematis dampnatione omnes hujus cartulæ prevaricatores æternaliter nisi resipuerint ferimus et a Christi sanctorumque ejus consortio sequestramus. Hujus itaque privilegii testes et adstipulatores sunt hi : Hugo pincerna, Anfridus Alabarba, Godeboldus telonearius, Willelmus Cornola, Grentelmus filius Radulfi. + Willelmi comitis et Normannorum ducis. + Hugonis episcopi. + Malgerii, archiepiscopi.